

**Offertorium.** Sap. 10. Honestavit illum in laboribus, et complévit labores illius. *Tempore Pasche.* Allelúia.

**Secreta.** Adesto votis nostris, clementissime Deus: ut hæc oblatio salutáris, quæ in honorem beati Felicis persolvitur, ad delictórum nostrórum véniam impetrándam in odorem suavitatis ascendat. Per Dóminum.

**Communio.** *Cantic. 2. et 3.* Diléctus meus mihi, et ego illi: ténui eum, nec dimittam. *Temp. Pasche.* Allelúia. **Postcommunio.** Exuberet quæsumus Dómine in cordibus nostris percepti grátia sacraménti: quæ nos beati Felicis Confessoris tui imitatione purificet, atque intercessióne communiat. Per Dóminum notum.

## DIE XXII. MAII. SS. TORQUATI ET SOCIOR.

EPISC. MART. DISCIPUL. B. JACOBI APOST.

**Pro Diec. Barcinon.**

**Intróitus.** *Daniel. 3.*



Acerdótes Dei, benedicite Dóminum: sancti et húmiles corde, laudáte Deum. (*T. P.* Allelúia, allelúia.) *Cant.* Benedicite omnia ópera Dómini Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sæcula. *V.* Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui nos post beatissimum Jacobum Apóstolum, per beatos Mártires tuos atque Pontífices Torquátum, Ctesiphóntem, Secundum, Indalétium, Cæcilium, Hesychiúm et Euphrásium ad agnitióem tui nó unis vénire tribuisti: concéde

propitiús; ut quos festivo venerámur obsequio, eórum intercedéntibus méritis, æterna gáudia consequámur. Per Dóminum.

*EPÍSTOLA. Stabunt iusti, de Commun. Mart. temp. Pasche. p. [10].*

*Extra tempus Paschale, EPÍSTOLA. Fastórum, ut in Comm. plur. Mart. p. [13].*

Allelúia, allelúia. *V.* Posuisti Dómine super cápita eórum coronam de lapide pretioso. Allelúia. *V.* Beati Pontífices nostri, qui nos docuerunt legem tuam Dómine: hódie in caelis coronati regnant in ætérnum. Allelúia.

*Extra tempus Paschale.*

**Graduale.** Gloriosus Deus in sanctis suis:

mirábilis in majestáte, faciens prodigia. *V.* Dextera tua Dómine glori-ficáta est in virtúte: dextera manus tua confregit inimicos.

Allelúia, allelúia. *V.* Beati Pontífices nostri, qui nos docuerunt legem tuam Dómine: hódie in caelis coronati regnant in ætérnum. All.

*EVANGELIUM. Ego sum vltis vtrius, de Comm. p. [10]. Extra temp. Pasche. Cum audieritis, p. [14].*

**Offertorium.** Constitutebuntur caeli mirabilia tua Dómine, et veritátem tuam in Ecclesia sanctorum. (Allelúia.)

**Secreta.** Gráta tibi sit, Dómine, nostræ servitútis oblatio, pro qua sancti Antistites et Mártires nostri Torquátus,

Ctésiphon, Secundus, Indalétius, Cæcilius, Hesychius et Euphrásius precatóres accédant. Per Dóminum nostrum.

**Communio.** Lætábuntur iusti in Dómino, et sperábunt in eo, et laudábuntur omnes recti corde. (Allelúia.)

**Postcommunio.** Fidéles tuos Dómine, quæ sumpsimus, sacramenta custódiat: et qui beatorum Mártirum tuórum atque Pontificum Torquati, Ctesiphontis, Secundi, Indalétii, Cæcili, Hesychi et Euphrasii prædicatione ad fidem pervenimus; eórum quoque méritis discámus terræa despiciere, et amare cælestia. Per Dóminum.

## DIE XXIII. MAII. Apparit. S. Jacobi

APOSTOLI ET HISPANIE PATRONI.

**Intróitus.**

*Ex Ps. 56. 75. et 23.*



Isit Dóminus auxilium de caelo, et liberávit nos: dedit in opprobrium conculcantes nos, quia confregit potentiam inimicórum nostrórum, scutum, gládium et bellum: Dóminus fortis et potens, Dóminus po-

tens in prælio, allelúia, allelúia. *Ps. 45.* Deus noster refúgium et virtus: adjútor in tribulatióibus, quæ invenerunt nos nimis. *V.* Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui Hispaniarum gentem beato Jacobo Apóstolo tuo protegédam misericórditer tribuisti, et per eum ab imminenti exi-

tio mirabiliter liberásti : concéde quæsumus ; ut eódem protegénte, pace perfrúamur ætérna. Per Dóminum.

Lectio libri Machabæorum. II. 15.

**I**n diebus illis : Machabæus semper confidébat cum omni spe auxiliúm sibi a Deo affutúrum : et hortabátur suos, ne formidárent ad advéntum nátiónum, sed in mente habérent adjutória sibi facta de celo, et nunc sperárent ab Omnipoténte sibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de lege et prophétis, admónens étiam certámina, quæ fécerant prius, promptiores constituit eos : et ita ánimis eórum erectis, simul ostendébat géntium falláciam, et juramentórum prævaricatióne. Singulos autem illórum armávit, non clypei et hasta munitiône, sed sermónibus óptimis et exhortatióibus, exposito digno fide sómnio, per quod univérsos lætificávit. Exhortáti itaque Judæ sermónibus bonis valde, de quibus extólli posset impetus, et ánimí juvenum confortári, statuerunt dimicáre et configere fórtiter : ut virtus de negotiis judicáret, eo

quod civitas sancta et templum periclitárentur. Erat enim pro uxóribus et filiis : itémque pro frátribus et cognátis minor sollicitúdo : máximus vero et primus pro sanctitate timor erat templi. Sed et eos, qui in civitate erant, non mínima sollicitúdo habébat pro his, qui congressári erant. Et, cum jam omnes sperárent iudicium futúrum, hostesque adéssent, atque exercitus esset ordinátus, béstiæ equitès, que opportúno in loco compositi, considerans Machabæus advéntum multitudínis, et apparátum várúm armórum et ferocitátem bestiárum, exténdens manus in cælum, prodigia faciéntem Dóminum invocávit, qui non secúndum armórum poténtiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victóriam. Dixit autem invocans hoc modo : Tu Dómine, qui misisti Angelum tuum sub Ezechia rege Juda, et interfecisti de castris Sennácherib centum octoginta quinque millia : et nunc, Dominátor cælórum, mitte Angelum tuum bonum ante nos in timóre et tremóre magnitudínis bráchii tui, ut métuant, qui

cum blasphemía véniunt advérsus sanctum pópulum tuum. Judas vero, et qui cum eo erant, invocáto Deo, per oratiónes congressi sunt : manu quidem pugnántes, sed Dóminum córdibus orántes, prostravérunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnifice delectáti.

Allelúia, allelúia.  
**V. Isai. 13.** Clamábunt ad Dóminum a fácie tribulántis, et mittet eis propugnátorem, qui liberet eos. Allelúia.  
**V.** Visitávit nos Dóminus per sanctum suum Apóstolum : præcinxit eum virtúte ad bellum, et inimicos nostros superávit. Allelúia.

Extra temp. Pasch. dic.

**Graduale. Exod. 15.** Dextera tua Dómine magnificáta est in fortitúdine : dextera manus tua confrégit inimicos.  
**V. Ps. 43.** Liberásti nos Dómine ex affligentibus nos, et qui nos odérunt, confundisti.

Allelúia, allelúia.  
**V.** Visitávit nos Dóminus per sanctum suum Apóstolum : præcinxit eum virtúte ad bellum, et inimicos nostros superávit. Allelúia.

EVANGELIUM. *Accéssit ad Jesum, ut in Festo S. Joannis ante portam Latinam, p. 437. Credo.*

**Offertorium. Ps. 45.** Venite, et vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodigia super terram, áuferens bella usque ad finem terræ, allelúia.  
**Secreta.** Síscepe Dómine múnera, quæ pro sancti Jacóbi Apóstoli tui veneratióne deférius : et concéde propitius ; ut perpétuo ejúsdem patrocínio ab ómnium inimicórum liberémur insidiis, et ad vitam perveniámus ætérnam. Per Dóminum.

Præfatio de Apost. p. 250.

**Communio. Isai. 42.** Sicut dux fortis egrediétur : quasi vir proliátor suscitábit zelum : vociferábitur, et clamábit : super inimicos suos confortábitur, allelúia.  
**Postcommunio.** Dómine Deus protector noster, qui per beátum Jacóbum Apóstolum tuum prodigia tuæ poténtiæ contra hostes in te credéntium mirabiliter osténdere dignátus es : concéde propitius ; ut perpétuo ejúsdem auxilio ómnium adversariórum nostrórum superáta nequitia, victóriam valeámus cantáre. Per Dóminum.

DIE XXX. MAII.

**S. Ferdinandi Regis Hispaniæ, Conf.**

et infra Octavam.

**Intritus.** 1. *Par.* 17.

**E**rmâneat, et magnificètur nomen tuum usque in sempiternum, et dicatur: Dominus exercitum, Deus Israel. *Judith.* 16. Dominus conterens bella: Dominus nomen est illi. *V.* Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui beato Confessori tuo Ferdinando præliari præliatua, et fidei inimicos superare dedisti: concede; ut ejus nos intercessionem muniti, ab hostibus mentis et corporis liberemur. Per Dñm. **Lectio** *Isaiæ* Prophætæ. 45.

**H**ÆC dicit Dominus Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam coram eo januam, et portæ non claudentur. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, et veches ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: ut scias quia ego Dominus, qui voco

nomen tuum, Deus Israel. Ego suscitavi eum ad justitiam, et omnes vias ejus dirigam: ipse ædificabit civitatem meam, et captivitatem meam dimittet. Labor Ægypti, et negotiatio Ethiopiæ, et Sabaïm viri sublimes ad te transibunt, et tui erunt. Post te ambulabunt, vinculi manibus pergent. Confusi sunt, et erubuerunt omnes: simul abiierunt in confusionem fabricatores errorum, quia mihi curvabitur omne genu, et jurabit omnis lingua: meæ sunt justitiæ et imperium. **Grabate.** 1. *Reg.* 2. Dominus dabit imperium regi suo, et sublimabit cornu christi sui. *V.* Quia Domini est assumptio nostra, et sancti Israel regis nostri.

Allelúia, allelúia. *V.* *Ibid.* Dominum formidabunt adversarii ejus, et super ipsos in caelis tonabit. Allelúia. **Seq. sancti Evangelii** secundum Matthæum. 22.

**I**n illo tempore: Pharisæi consilium iniierunt, ut caperent Jesum in sermone. Et mittunt

ei discipulos suos cum Herodiânis, dicentes: Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum: dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet census dare Cæsari, an non? Cognitionem autem Jesus nequitiam eorum, ait: Quid mentatis, hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus: Cujus est imago hæc, et superscriptio? Dicunt ei: Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, et relicto eo abiierunt. **Offertorium.** *Ps.* 75. Voвете, et reddite Domino Deo vestro, omnes, qui

in circuitu ejus afferitis mûnera; terribili, et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terra.

**Secreta.** Mûnera, quæ offerimus, Domine Deus noster, tibi sint placita: et beati Ferdinandi regis intercessione concede; ut nobis proficiant ad salutem æternam. Per Dominum.

**Communio.** *Ps.* 135. Confitemini Deo caeli, qui dat escam omni carni: confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus.

**Postcommunio.** Cælestis mensæ corporis et sanguinis tui pábulo creati: quæsumus clemenciam tuam; ut beati Ferdinandi regis precibus et meritis, æternæ retributionis dona capiamus. Per eundem Dominum nostrum.

DIE XXXI. MAII. **B. M. V.** SUB TITULO. **Reginæ Sanctorum omnium et Martiris pulchrae dilectionis.**

**Intritus.**

**E**redimini et videte, filie Sion, Regnam vestram, quam laudant astra matutina: cujus pulchritudinem sol et luna mi-

rântur, et jubilant omnes filii Dei. (*T. P.* Allelúia, allelúia.) *Ps.* 83. Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Concupiscit, et deficit anima mea in atriâ Domini. *V.* Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui beatissimam Virginem Mariam, omnium Sanctorum Reginam, et Matrem pulchrae dilectionis nos venerari tribuisti: concede propitius; ut ipsa protegente, te in omnibus et super omnia diligamus in terris, et Sanctorum tuorum felici consortio per fruamur in caelis. Per Dñm. **Lectio libri Sapientiae.**

*Eccli. 24.*

**E**go quasi terebintus extendi ramos meos, et rami mei honoris et gratiae. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei. In me gratia omnis viae et veritatis: in me omnis spes vitae et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, et a generationibus meis impleremini: spiritus enim meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generationibus saeculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, et qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur, et qui operantur in me, non peccabunt. Qui elici-

dant me, vitam aeternam habebunt.

**Grabuale. Mach. 6. 15.** Praeposuit eam Dominus super uniuersum regnum suum, et dedit ei diadema, ut filium suum nutriret, et regnaret. **V. Eccl. 44.** Corona aurea super caput ejus, expressa signo sanctitatis, gloria honoris, et opus fortitudinis.

**Alleluia, alleluia.** **V.** Veni Regina nostra, veni Domina in hortum tuum: odor unguentorum tuorum super omnia armata. **Alleluia.**

**Temp. Pasch. Alleluia, alleluia. V. Cant. 2.** Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, et facies tua decora. **Alleluia.** **V. Cant. 4.** Favus distillas labia tua, mel et lac sub lingua tua, et odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. **Alleluia.**

**EVANGELIUM. Stabant iuxta crucem,** ut in Festo Septem Dolorum B. M. V. p. 475. **Credo.**

**Offertorium. Prov. 8.** Si quis est parvulus veniat ad me, et insipientibus locuta est: venite, comedite panem meum, et bibite vinum, quod miscui vobis. **(T. P. Alleluia.)**

**Secreta.** Laudis tibi Domine hostias immolamus de Genitricis i Filii tui gloria laetantes, cuius suffulti praesidio, et praesentibus exui malis confidimus et futuris. Per eundem Dominum.

**PRAEFATIO. Et te in festivitate,** p. 250.

**Communio.** Regina mundi dignissima, Maria Virgo perpetua, intercede pro nostra pace et salute, quae genuisti

Christum Dominum Salvatorem omnium. **(T. P. Alleluia.)**

**Poste munio.** Coelestibus pasti delicis te supplices deprecamur, Domine Deus noster: ut sicut nobis in beatissima Filii tui Genitricis tutelam et praesidium constituisti; ita ejus solemnia celebrantibus aeternae gloriae coronam retribuas. Per eundem Dominum.

FERIA VI. POST OCT. CORPORIS CHRISTI.

**SS. Cordis Jesu.**

MISSA. *Egredimini,* ut ad calcem Missalis.

DIE I. JUNII.

**S. Peregrini Latiosi CONFESSORIS.**

MISSA. *Iustus ut palma,* de Comuni Conf. non Pontif. ij. loco, p. [30]

**Oratio.** Deus, qui beato Peregrino Angelum commitem, magistram Deiparam, Jesum tetri ulceris medicum mire de-

disti: da per merita ipsius, obsecramus; ut sanctum Angelum, Virginem, Salvatorem, singulariter et amemus in terris, et collaudemus in caelis. Per eundem Dominum.

DIE VI. JUNII.

**S. Claudii EPISCOPI ET CONFESSORIS.**

Pro regno Arragoniae.

MISSA. *Sicutui,* de Comuni Conf. Pont. j. loco, p. [21]



DIE XVI. JUNII.

## S. Joannis Francisci Regis CONFESS.

Introitus. *Luc. 4. Is. 61.*

**S**piritus Domini super me: propter quod unxit me: evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, predicare annuntium Domini acceptum, et diem retributionis. *Ps. 9.* Exsurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum. *V. Gloria Patri.*

**O**ratio. Deus, qui ad plurimos pro salute animarum perferendos labores, beatum Joannem Franciscum Confessorem tuum, mirabili caritate et invicta patientia decorasti: concede propitius ut ejus exemplis instructi, et intercessionibus adjuti, aeternae vitae praemia consequamur. Per Dominum.

**Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Thessalonicenses. 1.2.**

**F**rateres: Fiduciam habuimus in Deo nostro loqui ad vos Evangelium Dei in multa sollicitudine. Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immunditia, neque in

dolo, sed sicut probati sumus a Deo ut crederetur nobis Evangelium: ita loquimur non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiae: Deus testis est: nec quaerentes ab hominibus gloriam, neque a vobis, neque ab aliis. Cum possemus vobis oneri esse ut Christi Apostoli: sed facti sumus parvuli in medio vestrum, tamquam si nutrix fovet filios suos. Ita desiderantes vos, cupide volebamus tradere vobis non solum Evangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam carissimis nobis facti estis. Memores enim estis fratres laboris nostri, et fatigationis: nocte ac die operantes, ne quem vestrum gravemus, praedicavimus in vobis Evangelium Dei. **Graduale. Ps. 91.** 67. Justus ut palma florabit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini. *V.* Ad annuntiandum mane miseri-

cordiam tuam, et veritatem tuam per noctem. Alleluia, alleluia. *V.* Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa. Alleluia.

In Missis vot. a Septuagesime ad Pascha, omissis Alleluia, et *V. seq.* dicitur **TRACTUS. Ps. 111.** Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis ejus cupit vivis. *V.* Potens in terra erit semen ejus: generatio rectorum benedicetur. *V.* Gloria et divitiae in domo ejus: et justitia ejus manet in saeculum saeculi.

Temp. Pasch. omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Alleluia, alleluia. *V. Ps. 67.* Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa. Alleluia. *V.* Justus germinabit sicut lilius, et florabit in aeternum ante Dominum. Alleluia. **Seq. sancti Evangelii secundum Matthaeum. 9.**

**I**n illo tempore: Circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni, et curans omnem languorem, et omnem infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis: quia erant vexati, et jacentes sicut oves non habentes

pastorem. Tunc dicit discipulis suis: Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

**O**ffertorium. *Job. 29.* Benedictio perituri super me veniebat, et cor viduae consolatus sum: oculus fui caeco, et pes claudis; pater eram pauperum.

**S**ecreta. Caritatis vicina, quam immolantes offerimus, sit nobis Domine, te miserando, propitiabilis: et beati Joannis Francisci precibus et meritis, ad obtinendam patientiam et caritatis augmentum, efficacis et salutaris. Per Dominum.

**C**ommunio. *Isaia 52.* Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et praedicantis pacem: annuntiantis bonum, praedicantis salutem!

**P**ostcommunio. Crescat in nobis Domine pietatis tuae effectus salutaris: ut caelesti pabulo refecti, et sanctorum exemplis accensi, ad aeternae salutis portum, te misericorditer protegente, et beato Joanne Francisco intercedente, feliciter pervenire valeamus. Per Dominum.

## SS. MARTYRUM Cyriaci et Paulae.

Pro regnis Castellæ  
et Legionis.

INTROITUS. *Multa tribulationes.* ut in Missali, p. 456.

**Oratio.** Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut familia tua, quæ sanctorum Martyrum tuorum Cyriaci et Paulæ triumphis gloriatur, fiat in Christi tui amore ferventior : et quos Patronos veneratur in terris, pios apud te intercessores habere mereatur in cælis. Per eundem Ddminum.

Et fit Commem. SS. Marti et Marcelliani Mart. ut in Missali, p. 458.

EPISTOLA. *Communiantes.* de Communi unius Martyris, p. 19]

**Graduale.** Ps. 33. Clamaverunt justi, et Ddminus exaudivit eos : et ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. V. Juxta est Ddminus his, qui tribulatio sunt corde : et humiles spiritu salvabit.

Allelûia, allelûia. V. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt : et nomina eorum vivent in generatione et generationem. Allelûia.

EVANGELIUM. *Cum audiveritis,* ex Missa. *Intret,* de Communi, p. 14]

**Offertorium.** Ps. 123. Anima nostra sicut passer erépta est de lâqueo venântium : lâqueus contritus est, et nos liberâti sumus.

**Secreta.** Præsta quæsumus Ddmine Deus noster, ut sicut in conspectu tuo mors est pretiosa Sanctorum : ita beatorum Martyrum tuorum Cyriaci et Paulæ mérita venerântium, accéptis tibi reddâtur oblâtio. Per Ddminum.

**Communio.** Et si coram hominibus tormenta passi sunt, Deus tentavit eos : tanquam autem in fornacè probavit eos, et quasi holocâusta accepit eos.

**Postcommunio.** Sancti Martyres tui Cyriacus et Paula, quæsumus Ddmine, nos ubique lætificent : ut dum eorum mérita in præsentî festivitâtè sacramenti tui perceptione recôlimus ; illorum patrocinia in augmentum virtutum sentiamus. Per Ddminum.



## S. Michaelis de Sanctis CONFESSORIS.

Introitus.



*Sap. 4.* Onsummâtus in brevi, explevit tēpora : multa : placita enim erat Deo ânima illius : propter hoc properâvit educere illum de médio iniquitatum. *Psalm. 41.* Quem admodum desiderat cervus ad fontes aquarum : ita desiderat ânima mea ad te Deus. V. Glória Patri.

**Oratio.** Misericors Deus, qui beatum Michaelém Confessorem tuum morum innocentiam, et mirâbili caritatè præstare voluisti : concede quæsumus ; ut ejus intercessiône a vitiis liberâti, et igne tui amoris succénsi ad te pervenire mereâmur. Per Ddminum.

Et fit Commem. Octavæ Apostolorum.

Lectio libri Sapientie.

Cant. 8.

**P**one me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brâchium tuum : quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut inférnus æmulatio : lâmpades ejus lâmpades ignis atque flammârum. Aquæ

multæ non poterunt extingui caritatè, nec flûmina cõburent illam : si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectiône, quasi nihil despiciet eam.

**Graduale.** Ps. 65. Venite, audite et narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit ânimæ meæ. V. Ps. 70. Deus docuisti me a juventute mea, et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Allelûia, allelûia. V. Ps. 83. Cor meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum. Allelûia.

Seq. sancti Evangelii secundum Mathæum. 22.

**I**n illo tēpore : Respondens Jesus, ait Sadduceis : Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei. In resurrectione enim neque nubent, neque nubentur : sed erunt sicut Angeli Dei in cælo. De resurrectione autem mortuorum non legistis quod dictum est a Deo dicente vobis : Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Jacob? Non est Deus mortuorum, sed viventium. Et audientes turbæ, mirabântur in

doctrina ejus. Pharisæi autem audientes, quod siléntium imposuisset Sadduceis, convenérunt in unum : et interrogávit eum unus ex eis legis doctor, tentans eum : Magister, quod est mandátum magnum in lege? Ait illi Jesus : Diliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota ánima tua, et in tota mente tua. Hoc est máximum, et primum mandátum. Secundum autem simile est huic : Diliges próximum tuum, sicut teipsum. In his duóbus mandátis universa lex pendet, et prophétæ.

*Credo, ratione* Octavæ Apostolorum.

**Offertorium.** Ps. 25. Júdica me Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingressus sum : et

in Dómino sperans non infirmábor.

**Seræta.** Hæc hóstia Dómine placationis et laudis, quam majestáti tuæ pro sancti Michaélis honóre solémniter offérimus, et tibi grata, et nobis salutáris, te miseránte, reddátur. Per Dóminum.

Alia Seræta de Octava Apostolorum.

**Communio.** Prov. 23. Præbe, fili mi, cor tuum mihi : et oculi tui vias meas custódiat.

**Postcommunio.** Cœlestibus donis refécti, quæsumus omnipotens et misericors Deus : ut ignem tui amoris, quo sancti Michaélis cor semper exársit, in nobis cleménter accéndas. Per Dóminum nostrum.

Alia Postcommunio de Octava Apostolorum.

## DIE VII. JULII.

## S. Firminti EPISCOPI ET MARTYRIS.

**Introitus.**



Andeámus omnes in Dómino, diem festum celebrátes sub honóre beáti Firminti Mártiris : de cujus solémnitate gaudent Angeli, et colláudant Filium Dei. Ps. 32. Exsultáte justi in Dómino : rectos decet

collaudáto. V. Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui per fidei præcónium, et passionis agónem, beatum Firminum Episcopum et Mátyrem tuum immortálitatis láurea coronásti : concède propitiús ; ut cujus celebrámus triúmphum, assequámur et præmium.

Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum : Qui tecum vivit et regnat.

*EPÍSTOLA. Omne gaudium,* ut in Comm. p. [8]

*GRADUALE, et alia hic non propria ut in Communi unius Mart. Pontif. ij. loco, p. [5]*

*EVANGELIUM. Amen, amen dico vobis,* ut in Communi, p. [9]

## DOMINICA II. JULII. TRANSLATIO SECUNDA

## S. Eulæiæ VIRGINIS ET MARTYRIS.

*MISSA. Loquébar,* ut in Comm. Virg. p. [33], mutato nomine *natalitia* ex Orat. in *translationem.*

## DIE VIII. JULII.

S. Elisabeth REGINÆ PORTUGALLIÆ, VIDUÆ.  
(et infra Octavam)

*MISSA ut in Missali sub hac die.*

## DIE XVI. JULII.

## In Triumpho S. Crucis.

**Introitus.** Matth. 25.



Enite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis parátum est ab origine mundi, allelúia, allelúia. Ps. 97. Cantáte Dómino cánticum novum : quia mirabilia fecit. V. Glória Patri.

**Oratio.** Deus, qui per Crucem tuam pópulo in te credénti triúmphum contra inimicos concédere voluisti : quæsumus ; ut tua pietáte adorántibus Crucem victóriam semper tribuas et honórem. Qui vivis et regnas.

*EPÍSTOLA. Mihi autem absit,* ut in Festo S. Francisci Conf., die IV. Oct. p. 546.

**Graduale.** Ps. 117. Hæc dies, quam fecit Dóminus, exsultémus, et lætémur in ea. V. Dextera Dómini fecit virtútem, dextera Dómini exaltávit me : dextera Dómini fecit virtútem.

Allelúia, allelúia. V. O quam gloriósum est regnum, in quo cum Christo regnant omnes sancti, amicti stolis albis, sequúntur Agnum quocúmque ierit. Allelúia.

*EVANGELIUM. Cum accideritis,* ex Missa. *Intret,* de Communi plurimorum Martyrum, p. [14] *Credo.*

**Offertorium.** Dextera Dómini fecit virtutem, dextera Dómini exaltávit me; dextera Dómini fecit virtutem: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

**Secreta.** Sacrificium Dómine, quod tibi immolámus, placátus inténde; ut ab omni nos éruat bellórum nequitia; et per vexillum sanctæ Crucis Filii tui, ad conterédas adversariórum insidias, nos in tuæ protectiõnis securitate con-

situat. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum.

**PREFATIO** de Cruce, p. 247.

**Communio.** *Tob. 12.* Benedicimus Deum cœli, et coram ómnibus viventibus confitébimur ei: quia fecit nobiscum misericórdiam suam.

**Postcommunio.** Exáudi nos Deus salutáris noster: et per triúmphum sanctæ Crucis a cunctis nos defende periculis. Per Dóminum.

## DIE XIX. JULII. SS. Justæ et Rufinæ

SORORUM, VIRG. ET MART. HISPALENS.

**MISSA.** *Loquhar,* de Comm. Virg. Mart. p. [34] præter sequentia.

**Oratio.** Deus, qui virtutem tuam in vasis fictilibus, etiam fráglis sexus, recondens, sanctis Virginibus et Martyribus tuis Justæ et Rufinæ mirábilis fidei constantiam tribuisti; da nobis eárum patrociniiis, in tui amóre perseverare, et ad cœlestem coronam pervenire. Per Dóminum.

**EPISTOLA.** *De virginibus,* ut in Missa *Vultum tuum,* de Communi Virginis tantum, p. [40]

**Secreta.** Inténde, quæsumus Dómine, múnera altárbus tuis pro sanctárum Virginum et

## Justæ et Rufinæ

MART. HISPALENS.

Martyrum tuárum Justæ et Rufinæ festivitáte propósa: ut sicut per hæc beáta mystéria illis glóriam contulisti, ita nobis indulgentiam largiáris. Per Dóminum.

**Communio.** *Ps. 118.* Feci iudicium et justitiam Dómine, non calumniéntur mihi supérbi: ad ómnia mandáta tua dirigébar, omnem viam iniquitátis ódio hábui.

**Postcommunio.** Præsta nobis, quæsumus Dómine, intercedéntibus sanctis Virginibus et Martyribus tuis Justæ et Rufinæ; ut quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum.

## DIE XX. JULII.

### S. Liberatæ VIRGINIS ET MARTYRIS.

Omnia ut in Missa *Loquebar,* de Comm. Virg. et Mart. p. [34] præter seq.

#### Introitus.

**Audeámus** omnes in Dómino, diem festum celebrátes, sub honóre beátæ Liberatæ Virginis et Martyris: de cujus solemnitate gaudent Angeli, et colláudant Filium Dei. *Ps. 44.* Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea regi. *V. Glória Patri.*

**Oratio.** Beátæ Liberatæ Virginis et Martyris tuæ, quæsumus Dómine, précibus et méritis adjuvémur: ut quæ pro tui nóminis confessiõne in cruce pepéndit, ab inimicórum insidiis sua nos protectiõne defendat. Per Dóminum.

Et fit Commem. S. Margaritæ Virg. et Mart. *Orat. Indulgentiam,* etc. ex Missa. *Me exspectaverunt,* p. [36]

**EVANGELIUM.** *Simile est regnum,* ex Missa. *Me exspectaverunt,* de eodem Communi, ij. loco, p. [36]

## DIE XXIII. JULII.

### S. Liborii EPISCOPI ET CONFESSORIS.

**MISSA.** *Sacerdotes tui,* de Communi Conf. Pontif. ij. loco, p. [23]

## DIE XXIV. JULII. VIGILIA S. Jacobi

APOSTOLI, HISPANIARUM PATRONI.

#### Introitus. *Matth. 4.*

**Rocédens** Dóminus juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Jacobum Zebedæi et Joánnem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eórum, reficiétes rétia sua, et vocávit eos. *Ps. 18.* Cœli enarránt glóriam Dei: et ópera mánuum

ejus annúnciat firmaméntum. *V. Glória.*

**Oratio.** Da, quæsumus omnipotens Deus: ut beáti Jacobi Apostoli tui, quam prævenimus, veneránda solémnitas, et devotiõnem nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Commem. S. Christinæ, et Vigiliæ, ut in Missali, p. 490.



Lectio libri Sapientiae.

*Eccli. 44. 45.*

**B**enedictio Domini super caput iusti. Ideo dedit illi Dominus hereditatem, et divisit illi partem in tribus duodecim: et invenit gratiam in conspectu omnis carnis. Et magnificavit eum in timore inimicorum, et in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu regum, et iussit illi coram populo suo, et ostendit illi gloriam suam. In fide et lenitate ipse sanctum fecit illum, et elegit eum ex omni carne. Et dedit illi coram precepta, et legem vite et disciplinae: et excelsum fecit illum. Statuit ei testamentum aeternum, et circumcinxit eum zona iustitiae, et induit eum Dominus coronam gloriae.

**Graduale. Ps. 138.** Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. *V.* Dinumerabo eos, et super arenam multiplicabuntur.

**Seq. sancti Evangelii secundum Marcum. 3.**

**I**n illo tempore: Ascendens Jesus in montem, vocavit ad se quos voluit ipse: et venerunt ad eum. Et fecit

ut essent duodecim cum illo: et ut mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, et ejiciendi daemonia. Et imposuit Simon nomen Petrus: et Jacobum Zebedaei, et Joannem fratrem Jacobo, et imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitru: et Andream, et Philippum, et Bartholomaeum, et Matthaeum, et Thomam, et Jacobum Alphaei, et Thaddaeum, et Simonem Cananensem, et Judam Iscariotem, qui et tradidit illum. Et veniunt ad domum: et convenit iterum turba, ita ut non possent neque panem manducare. **Offertorium. Ps. 8.** Gloria et honore coronasti eum: et constituisti eum super opera manuum tuarum Domine.

**Secreta.** Apostolici reverentia culminis offerentes tibi sacra mysteria, Domine quaesumus: ut beati Jacobi Apostoli tui suffragii, cujus natalitia praevinimus, plebs tua semper et sua vota deprecatur, et desiderata percipiat. Per Dominum.

**Commune. Marc. 3.** Vocavit Dominus Jacobum Zebedaei, et Joannem fratrem ejus,

et imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitru.

**Postcommunio.** Sancti Apostoli tui Jacobi,

quaesumus Domine, supplicatione placatus: et veniam nobis tribue, et remedia sempiterna concede. Per Dominum.

## DIE XXV. JULII. S. Jacobi

APOSTOLI, HISPANIARUM PATRONI

(et infra Octavam).

Omnia ut in Missali habet, p. 497. praeter seq.

**Introitus. Isaia 66.**



Onam in eis signum, dicit Dominus: et mittam ex

eis ad eos, qui non audierunt de me: et annuntiabunt gloriam meam gentibus. *Ps. 18.* Caeli enarrant gloriam Dei: et opera manuum ejus annuntiat firmamentum. *V.* Gloria Patri.

**Graduale.** Lex Domini semper fuit in ore ejus; et iniquitas non est inventa in labiis suis. *V.* In pace et in equitate ambulavit, et impius convertit ab iniquitate.

Alleluia, alleluia. *V.* Os sidus refulgens Hispaniae, sancte Jacobe Apostole. Alleluia.

In Missis per annum post Septuagesimam dicitur Tractus de Communi unius Mart. Pont. j. loco, p. [3] — Temp. Paschali ut in Communi unius Martyris temp. Pasch. p. [10]

**Offertorium.** Nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum, alleluia.

**Secreta.** Oblationes populi tui, quaesumus Domine, beati Jacobi Apostoli tui passio beata conciliet: et quae nostris non aptae sunt meritis, fiant tibi placitae ejus deprecatione. Per Dominum.

**Communione.** Ipsum elegit Dominus in salutem Gentium: dedit illi in perceptis suis potestatem docere Jacob testimonia, et in lege sua lucem dare Israel.

**Postcommunio.** Beati Apostoli tui Jacobi, quaesumus Domine, intercessione nos adjuva: pro cujus solemnitate percipimus tua sancta laetantes. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

In Postcommunionem per annum, pro solemnitate, dicitur commemoratio.

DIE XXVII, JULII.

**S. Pantaleonis** MARTYRIS.

MISSA. *Letabitur*, de Communi unius Mart. non Pontif. ij. loco, p. [7].

Sequens Oratio dicitur ubi est concessa.

**Oratio.** Deus, qui beatum Pantaleonem Martyrem tuum varia tor-

menta superare fecisti, et pro persecutoribus exorare : concede propitius ; ut qui ejus imploramus auxilium, misericordiae tuae sentiamus effectum. Per Dñ.

EADEM DIE.

**S. Cucuphatia** MARTYRIS.

MISSA. *In virtute*, de Communi unius Martyris non Pontificis, p. [6] cum

EVANGELIO *Si quis vult*, ex Missa. *Sacerdotes Dei*, p. [5].

DOMIN. PROXIMA KALEND. AUGUSTI.

**Translatio S. Severi** EPISC. ET MART.

MISSA. *Sacerdotes Dei*, de Communi, p. [4] cum *Credo*.

**Oratio.** Deus, qui nobis jugiter praesolantibus, beati Severi Martyris tui gloriosa pignora concessisti : da, ut tanti Praesulis nota praesidia sentiamus, cujus translationis diem solemniter colimus. Per Dominum.

Commem. et ultimum Evangelium Dominice.

**Secreta.** Hostias tibi Domine beati Severi

Martyris tui atque Pontificis dicatas meritis benignis assime ; et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

**Postcommunio.** Refecti participatione muneris sacri, quaesumus Domine Deus noster : ut cujus exsequimur cultum ; intercedente beato Severo Martyre tuo atque Pontifice, sentiamus effectum. Per Dñ.

DIE I. VEL ALIA DIE AUGUSTI.

**S. Felicitis Africani** MARTYRIS.

MISSA. *In virtute tua*, de Communi unius Martyris non Pontificis, p. [6].

**Oratio.** Deus, qui beatum Felicem vehementi martyrii studio inflam-

masti : cordidus nostris coelestis patriae amorem infunde ; ut ab ea nec prosperis, nec adversis abducamur. Per Domi-

num nostrum Jesum Christum Filium tuum.

EPISTOLA et EVANGELIUM ex Missa. *Statuit*, de Communi unius Mart. Pontif. p. [3].

DIE II. AUGUSTI.

**S. Petri** EPISCOPI OXOMENSIS, ET CONF.

MISSA. *Statuit*, de Communi Conf. Pont. p. [21].

DIE IX. AUGUSTI.

**SS. Justi et Pastoris** MARTYRUM.

**Introitus.** Ps. 112.

Audate pueri Dominum : laudate nomen Domini ; qui habitare facit fratres in unum. Ps. 118. Beati immaculati in via : qui ambulat in lege Domini. V. Gloria Patri.

**Oratio.** Deus, lactentium fides, spes infantium, caritas puerorum, qui per innocentium tugurum Justi et Pastoris laudem cunctos provocas ad salutem : infunde in nobis, quaesumus, puritatem lactentis infantiae ; ut dum sensu justitiae parvulis adaequamur, in illa remuneratione fidelium cum Sanctis pariter gloriemur. Per Dominum nostrum.

Pro Vigilia S. Laurentii, et pro S. Romano (in Missis privatis) Oratio ut in Missali, p. 504.

**Lectio libri Apocalypsis** B. Joannis Apostoli. 7. c.

**I**n diebus illis : Respondit unus de senioribus, et dixit mihi : Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt ? et unde venerunt ? Et dixi illi : Domine mi, tu scis. Et dixit mihi : Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, et laverunt stolas suas, et dealbaverunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum Dei, et serviunt ei die ac nocte in templo ejus : et qui sedet in throno, habitabit super illos. Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus ; quoniam Agnus, qui in medio throni est, regit illos, et dedecet eos ad vitae fontes aquarum, et absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

**Graduale.** Ps. 132. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum! V. Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Allelúia, allelúia. V. Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secúta est, inclýta tenens regna cœlestia. Allelúia.

EVANGELIUM. *Respóndens Jesus.* ut in Comuni p. [20]

OFFERTOR. *Mirábilis,* p. [14]

**Secreta.** Súscipe Dómine oblationes pópuli tui in solemnitate sanctorum Máryrum tuorum Justí et Pastóris: ut eórum præsidio adjútus, salútem consequáur ætérnam. Per Dñum.

COMMUNIO. *Etsi coram hominibus,* p. [15]

**Postcommunio.** Sacramenta quæ sumpsimus, Dómine, intercessióne innocéntum tuorum Justí et Pastóris ab ómnibus nos tuéantur advérsis, et gáudiis faciánt pèrruri sempitérnis. Per Dóminum.

## DIE XVIII. AUGUSTI.

**S. Philumenæ** VIRGINIS ET MARTYRIS.

Pro Diœc. Barcinon.

MISSA. *Loquēbar,* de Comuni.

DIE XIX. AUGUSTI. **S. Magini** MART.

MISSA. *Latábitur,* de Comuni unius Martyris non Pontif. ij. loco, p. [7]

EVANGEL. *Si quis vult.*

*post me venire,* ex Missa. *Sacerdotes Dei,* de Comuni unius Martyris Pontificis ij. loco, p. [15]

ALIA MISSA.

Pro Provincia Tarrac.

**Intróitus.** Ps. 54. 7. 8.



Uis dabit mihi pennas columbæ, et volábo, et requiescam? Ecce elongávi fugiens, et mansi in solidine. Ps. *ibid.* Exáudi Deus oratióne

mear, et ne despéxeris deprecationem meam: inténde mihi, et exáudi me. V. Glória Patri. **Oratio.** Deus, qui hunc diem beáti Magini Márytis tui triúmpho consecrásti: exáudi preces pópuli tui, et præsta; ut qui ejus mérita venerámur, fidei constántiam

imitémur. Per Dóminum.

EPÍSTOLA. *Sancti per fidem,* quæ exstat in Missali post Commune plurimorum Martyrum, p. [19]

**Graduale.** Ps. 111. Beátus vir, qui timet Dóminum, in mandátis ejus cupit nimis. V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum benedicétur.

Allelúia, allelúia. V. Ps. 20. Posuisti Dómine super caput Márytis tui Magini coronam de lápide pretiósó. Allelúia.

EVANGEL. *Si quis vult.* ut in Comuni, p. [5]

OFFERTORUM. Ps. 63. Latábitur justus in Dómino, et sperábit in eo: et

laudabúntur omnes recti corde, allelúia.

**Secreta.** Hanc oblationem, omnipotens Deus, beáti Magini mérita tibi reddant acceptam: ut ipsius subsidiis adjúti, glóriæ ejus consórtes efficiámur. Per Dóminum.

**Communio.** Glória et honóre coronásti eum, et constituísti eum super ópera mánuum tuárum Dómine.

**Postcommunio.** Sumpsimus Dómine ætérnæ vitæ sacramenta, te humiliter deprecántes: ut beáto Magino Márytre tuo pro nobis deprecántem, véniam nobis concederet et grátiam. Per Dóminum.

## DIE XXV. AUGUSTI.

**S. Ludovici** REGIS FRANCIÆ, CONFESS.

Ut in Missali eadem die, p. 577.

## DIE XXVII. AUGUSTI.

**S. Teresie** VIRGINIS SECUNDO.

MISSA. *Dilexisti,* de Comuni Virg. p. [3] præter Oratióne sequentem.

**Oratio.** Deus, qui illibata præcórdia beatæ Virginis Teresie sponse tuæ ignito jáculo transfixisti, et caritátis

víctimam consecrásti: ipsa interveniēte, concede; ut corda nostra ardóre sancti Spiritus sérveant, et te in ómnibus super ómnia diligant. Qui vivis... in unitate ejúsdem.



DIE XXXI. AUGUSTI, S. Dominici  
de Val. PUERI, MARTYRIS.

Pro regno Arragon.

MISSA. *In virtute tua, de*  
Communi unius Martyris  
non Pontificis, p. [6]**Oratio.** Deus, qui beato  
Dominico, Mártiri inno-  
centi, vitæ perpétuæpræmium contulisti :  
concede quæsumus; ut  
ejus méritis et precibus  
fultis, æterna beatitúdi-  
ne pèrfri mereámur.  
Per Dóminum.DIE II. SEPTEMBRIS.  
S. Antonini MARTYRIS.MISSA. *Letábitur, de*  
Comm. unius Mart. non  
Pontif. ij. loco, p. [7]**Oratio.** Omnipotens  
sempiternè Deus, qui  
hunc diem beati Anto-  
nini Mártiris tui so-  
lennitate clarificas :exáudi preces pópuli tui,  
et præsta; ut quæ fidéli-  
ter expetit, eo suffra-  
gante consequi mereátur.  
Per Dóminum.EVANGEL. *Amen, amen*  
*dico vobis, ut in Communi*  
p. [9]

## DIE III. SEPTEMBRIS.

## BB. Joannis et Petri MARTYRUM.

Pro regno Valentino.

MISSA. *Intret, de Com-*  
muni plurim. Martyrum,  
p. [13] præter sequentia.**Oratio.** Concede, quæ-  
sumus omnipotens  
Deus, infirmitati nostræ  
præsidium : ut sicut  
beatórum Mátyrum  
torórum Joánnis et Petri  
gloriámur triúmphis; itaeórum constántiam imi-  
tári non pigeat, quam  
celebráre deléctat. Per  
Dóminum.*Ultimus V. Gradua-*  
*lis.* Hæc est vera fratér-  
nitas, quæ vicit mundi  
crimina : Christum se-  
cúta est, inclyta tenens  
regna cælestia, allelúia.

## DIE IV. SEPTEMBRIS.

## S. Rosaliæ VIRGINIS PANORMITANÆ.

MISSA. *Dilexisti, de*  
Communi Virg. p. [38] præ-  
ter Orationem sequentem.**Oratio.** Exáudi nos  
Deus salutáris noster :  
ut sicut de beatæ Rosá-liæ Virginis tuæ festivi-  
tate gaudémus, ita piæ  
devotiónis erudiámur  
affectu; et ejus interces-sione ab iracúndiæ tuæ  
flagellis misericórditer  
liberémur. Per Dómi-  
num nostrum.DIE V. SEPTEMBRIS. COMMEMORATIO  
S. Juliani EPISCOPI CONCHENSIS, CONF.MISSA. *Stáuit, de Com-*  
muni Conf. Pont. p. [21]  
præter sequentia.**Oratio.** Deus, qui nos  
beati Juliáni Confessó-  
ris tui atque Pontificis  
veneránda commemo-  
ratiónne lætificas : excita in  
nobis, quæsumus, ejus  
spiritum innocétiæ et  
caritátis, et præsta; ut  
cujus recólimus mérita,  
per ejus ad te gradiámur  
exémpla. Per Dó-  
minum.Lectio *Epistolæ beati*  
Pauli Apóstoli ad Co-  
rinthios. II. 8. 6**F**ratres : Scitis grá-  
tiam Dómini nostri  
Jesu Christi, quóniam  
propter vos egénus fac-  
tus est, cum esset di-  
ves, ut illius inópia vos  
divites essétis. Et consi-  
lium in hoc do : hoc  
enim vobis útile est,  
qui non solum facere,  
sed et velle cœpistis abanno prióre : nunc vero  
et factó perficite : ut  
quemádmóduo 'prom-  
ptus est ánimus volun-  
tátis, ita sit et perficién-  
di ex eo, quod habétis.  
Si enim volúntas prom-pta est, secúndum id,  
quod habet, accepta est,  
non secúndum id, quod  
non habet. Non enim  
in aliis sit remissio, vo-  
bis autem tribulatio, sed  
ex æqualitate. In præ-  
senti tẽpore vestra  
abundántia illórum inó-  
piam súppleat : ut et il-  
lórum abundántia ves-  
træ inópia sit supplẽ-  
mẽntum, ut fiat æquali-  
tas, sicut scriptum est :  
Qui multum, non abun-  
davit : et qui módicum,  
non minoravit.EVANGEL. *Nolite timere,*  
ex Missa. *Fustus, p. [31]***S**ecreta. Pro sancti  
Confessóris tui Juliáni,  
Dómine, commemo-  
ratiónne hóstiam immolá-  
mus, humiliter depre-  
cántes : ut quod nostris  
méritis obtinere non  
póssumus, ejus, qui tibi  
plácuit, nobis interces-  
sione donetur. Per Dó-  
minum.Communio. *Luca 12.*  
Fácte vobis sácculos  
ut non veteráscunt,  
thesáurum non deficiẽ-  
tem in cœlis, quo fur  
non apprópiat, neque  
tinea corrúmpit.

Postcommunio. Cœlestibus refecti sacramentis, te supplices Dômine deprecâmur : ut qui beati Juliâni Confesso-

ris tui atque Pontificis commemoratiônem recolimus, per illum sumâmus indulgêntiæ largitatem. Per Dñum.

## DIE XII. SEPTEMBRIS.

**B. Thomae a Spiritu sancto, MART.**

MISSA. *In virtute*, de Communi unius Martyris non Pontif. j. loco, p. [6]

**Oratio.** Deus, qui beatum Thomam per ignis passionem gloriosa martyri corôna decorasti : concède propitiuss, ut

ejus intercessio nos in fide stâbiles, et in tuo semper faciat amore ferventes. Per Dñum.

EVANGELIUM. *Si quis vult*, ex Missa. *Sacerdotes Dei*, de Communi unius Mart. Pontif. ij. loco, p. [5]

## DIE XVII. SEPTEMBRIS.

**S. Petri de Arborea MARTYRIS.**

Pro regno Arragon.

MISSA. *In virtute tua*, de Communi unius Mart. p. [6] præter Orationem sequum EVANG. *Nihil est operatum*, p. [8]

**Oratio.** Præsta quæsumus omnipotens Deus :

ut beati Petri Martyris tui fidem congrua devotione sectemur, qui pro ejusdem fidei defensione martyrii palmam meruit obtinere. Per Dñ.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS. **S. Thomae**

**a Villanova, EPISCOPI ET CONF.**

MISSA ut in Missali, die XXII. hujus, p. 537.

## DIE XXIII. SEPTEMBRIS.

**S. Theclae VIRGINIS PROTOMARTYRIS**

(et infra Octavam.)

Omnia sumuntur ex Missa. *Loquubar*, de Communi Virginis, p. [34] præter Introitum et Orationes.

Et dicitur *Credo*, per totam Octavam.



**Introitus.**

Audeâmus omnes in Dômino, diem festum celebrâtes sub honore beâ-

tæ Theclæ, de cujus sollemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps.* 95. Cantate Dômino canticum novum : cantate Dômino omnis terra. *V.* Glôria Patri.

**Oratio.** Deus, pro cujus nômînis glôria magnum certâmen passionum beata Thecla Virgo et Martyr tua, feminarum prima invicta fide sustinuit : da nobis, ejusdem fidei imitatione, prospera mundi despiciere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dôminum.

**Secreta.** Hæc hóstia, Dômine, placatiônis et laudis, quæsumus, ut interveniente beata Thecla Virgine et Martyre nos propitiatus tua dignos semper efficiat. Per Dôminum.

**Postcommunio.** Supplices te rogâmus omnipotens Deus : ut intercedente beata Thecla Virgine et Martyre tuæ in nobis pietatis dona multiplices, et tempora nostra non fidei imitatione, prospera mundi despiciere, et nulla ejus adversa formidare. Per Dôminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

DIE XXIV. SEPTEMBRIS. **Deascensionis****B. Mariæ V. de Mercede.**

Pro Diœc. Barcinon.

**Introitus.**



Audeâmus omnes in Dômino, diem festum celebrâtes sub honore beatae Mariæ Virginis, de cujus Descensione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. *Ps.* 44. Eructavit cor meum verbum bonum : dico ego ôpera mea regi. *V.* Glôria Patri.

**Oratio.** Deus, qui per gloriosissimam Filii tui Matrem ad liberandos Christi fideles a potestate paganorum nova Ec-

clésiâ tuam prole amplificare dignatus es : præsta quæsumus, ut quam pie venerâmur tanti operis Institutricem, ejus pariter meritis et intercessiône a peccatis omnibus et captivitate dæmonis liberemur. Per eundem Dôminum.

Lectio libri *Sapientiae.*

*Cant. c. 2.*

**E**go flos campi, et lilium convallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna silvarum, sic dilectus meus inter filios.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi: et fructus ejus dulcis gúturi meo. Introduxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. Fulcite me floribus, stipáte me malis: quia amoré lángueo. Læva ejus sub cápite meo, et dextera illius amplexábitur me. En diléctus meus loquitur mihi: Surge, própera, amica mea, colúmbea mea, formósa mea, et veni. Jam enim hiems tránsiit, imber ábit, et recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit: vox túrturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ floréntes dederunt odórem suum. Surge, amica mea, speciósa mea, et veni: colúmbea mea in foraminibus petrá, in cavérna macéræ, osténde mihi fáciem tuam, sonet vox tua in áuribus meis: vox enim tua dulcis, et fácies tua decóra.

**Graduale. Cant. c. 2.** Introduxit me in cellam vináriam, ordinávit in me caritátem. *V.* Fulcite me floribus, stipáte me malis: quia amoré lángueo.

Allelúia, allelúia.  
*V.* Tu regis alti jánuá,

et aula lucis súlgida: vitam datam per Virgíne-m, gentes redémp-tæ, pláudite.

**Sequentia.**

**P**laudat agmen captivórum,  
Turba psallat Christia-nórum,  
Lætum sumat et decórum.

In hac die cánticum.  
Simul omnes exsultémus,  
Atque grati celebrémus,  
Luceat tantam, qua gau-démus.

Vincla fracta cernere.  
Fulget jam dies benig-na,

Qua cœlitum plausu di-gna,  
Suae celebránda signa  
Caritátis exhibet.

Ecce fidem, ecce vi-tam,  
Astu, plagis impetitam,  
Fere tot malis contri-tam,

Firmat Virgo génitrix.  
Ejulatús et laménta  
Fidæ plebis, et torménta  
Videns illa, non fuit  
lenta

Déxteram porrige-re.  
Ut discrimina solvántur,

Quibus mersi contri-stántur,  
Atque in pátriam redu-cántur

Fide rursus integri.  
Dum Noláscus cogi-táret,

Ut opprössos liberáret,  
Et assiduís vacáret  
Meditatiónibus:

Clemens se fronte se-réna,

Ut miséllos de caténa  
Ipse levét Saracéna,  
Illi dat conspícere.

Sibi gratum nimis fo-re,

Nato quoque pro nitóre,  
Sacrum si pro sui ho-nóre

Ipse condat Ordíne-m.  
Cui præsertim sit cu-ráre,

Ferro vinctós explicáre,  
Sospitésq; revocáre

A fera tyránnide.  
Hoc insigne amorís

rari  
Opus jubet asservári;

Et ut possit propagári,  
Palam docet álios.

Cœpit Petrus obse-quéndo,

Cum sodálibus, vovén-do,

Si necesse sit, manéndo  
In pignus, redimere.

Dulcis Institútrix no-stra,

Matrem nobis te esse monstra,

Et captivos réfove.  
Ignem auge, fac præ-cláram,

Atque Nato reddé ca-ram,

Quam fundásti sóbolem.

Da quod tibi grati si-mus:

Et ut tártara possimus

Evitáre, cum abimus,  
Vultum tuum exhibe.  
Amen. Allelúia.

*EVANGEL. Stabunt juxta Crucem, ut in Festo septem Dolorum B. M. V. p. 415. Et dicitur Credo.*

**Offertorium. Judith. 13.**

Benedícta tu a Deo tuo in omni tabernáculo Ja-cob, quóniam in omni gente, quæ audierit no-men tuum, magnificábitur super te Deus Israel, allelúia.

**Sæcra. Tua, Dómine,**

múnera recoléntes, hó-stias tibi laudis offéri-mus: suppliciter depre-cántes; ut qui dignátus es per Unigéniti tui

Matrem fidéles a barba-rórum eripere servitúte, propítius nos quoque a dæmonis láqueis et cap-tivitate præstes immúnes. Per eúndem Dó-minum.

**PRÆFATIO DE B. M. V.**

*Et te in Descensione, p. 250.*

**Communio. Cant. 8.**

Aquæ multæ non po-tuérunt exstinguere ca-ritátem, nec flúmina óbruent illam: si déde-rit homo omnem sub-stántiam domus suæ pro dilectióne, quasi nihil despiciet eam, allelúia.

**Postcommunio.** Redem-ptionis nostræ, Dómine, sacraméntis percéptis, beatissimæ Genitricis tuæ intercessióne nos

réfove : ut cujus ope  
corpóris vincula exú-  
mus, ab ánimæ quoque

néxibus, ipsa te obse-  
cránte, solvámur. Qui  
vívís et regnas.

EADÉM DIE XXIV.

**B. Dalmatii Monerii** CONFESSORIS.

MISSA. *Os justí*, de Com-  
muni Conf. non Pont. p. [28]

**Oratio.** Deus qui húmi-  
lem fámulum tuum Dal-  
mátium multis signis  
atque virtútibus deco-  
rásti, ac mirabiliter in  
tuo amóre spretis tem-

porálibus inflamásti :  
tribue nobis quæsumus ;  
ut ejus intercessióne a  
terréis affectibus expe-  
diti, et a cunctis adver-  
sitatibus liberáti, sola  
coeléstia appetámus. Per  
Dóminum.

DIE XXV. SEPTEMBRIS. **B. Mariæ de**  
**Cerbellione, alias de Subsidio.**

MISSA. *Dilexisti*, de  
Comuni Virg. p. [38] præ-  
ter Orationem sequentem.

**Oratio.** Deus, qui nos  
cónspicis in tot pericul-  
is constitútos pro nostra  
fragilitate non posse  
subsistere : concède pro-

pitiús ; ut intercedente  
beáta Mariá fámula tua,  
de præsentí vitæ flúcti-  
bus edúcti, ad æternæ  
salútis portum perveni-  
re valeámus. Per Dómi-  
num nostrum Jesum  
Christum Filium tuum.

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.

**B. Simonis de Boras,** CONFESSORIS.

MISSA. *Justus ut palma*,  
de Comuni Conf. non  
Pontif. p. [30]

**Oratio.** Deus, cujus cá-  
ritas in corde beáti Si-  
monis diffúsa, eximio in  
sanctíssimam Filii tui  
Genitricem cultu et as-  
siduis misericórdiæ opé-

ribus eniuit : illius in-  
tercessióne concède, ut  
eodem caritátis fervóre  
succénsi, et beátæ Mari-  
æ Virginis tutelá pro-  
tecti, tuam misericór-  
diam consequámur. Per  
eúdem Dóminum nos-  
trum Jesum Christum.



DIE I. OCTOBRIS.

**S. Angeli Regni Custodis**

(et infra Octavam.)

MISSA ut in Festo SS. An-  
gelorum Custodum die II.  
Octobris, p. 545. præter  
Orationes.

**Oratio.** Omnipotens  
sempitérne Deus, qui  
ineffábili providéntia  
unicuique regno singu-  
larem Angelum ad cus-  
tódiam deputásti : con-  
cède quæsumus ; ut An-  
geli regni nostri Custó-  
dis precibus et patroci-  
niis ab ómnibus semper  
eruémur advérsis. Per  
Dóminum.

**Secreta.** Súscipe Dómi-  
ne múnera, quæ pro  
sancti Angeli regni no-

stri Custódís veneratió-  
ne desérimus : et concé-  
de propitiús ; ut, perpé-  
tuis ejus præsidis, a  
præsentibus periculis li-  
berémur, et ad vitam  
perveniamus ætérnam.  
Per Dóminum.

**Postcommunio.** Súmpsi-  
mus Dómine divina my-  
stéria, sancti Angeli re-  
gni nostri Custódís festi-  
vitate lætantes : quæ-  
sumus ; ut ejus prote-  
ctióne ab hóstitum júgi-  
ter liberémur insidiis, et  
contra ómnia advérsa  
muniamur. Per Dómi-  
num.

DIE V. OCTOBRIS.

**S. Froylani** EPISC.

LEGIONENSIS ET CONF.

MISSA. *Stetit*, de Com-  
muni Conf. Pont. [21]

**Oratio.** Deus, qui beá-  
tum Froylánum moná-  
stici institúti propagán-  
di stúdio decorásti, et  
ex erémo ad episcopále  
munus coeléstí iudicio  
vocátum, miráculis cla-

rum effecisti : concède  
propitiús ; ut, cujus pa-  
trocinio gloriámur, ejus  
instruámur exémpis.  
Per Dóminum.

Commém. SS. Placidi,  
etc. ut in Missali, p. 547. In  
Ecclesiis Cathedral. in Mis-  
sis privatis tantum.

DIE VIII. OCTOBRIS.

OCTAVA **S. Angeli** REGNI CUSTODIS.

MISSA ut in die.

DIE X. OCTOBRIS.

**S. Francisci Borgiæ** CONFESSORIS.

MISSA ut in Missali eadem die, p. 550.

EADDEM VEL ALIA DIE.

**S. Ludovici Bertrandi** CONFESSORIS.

MISSA. *Os iusti*, de Comuni Confess. non Pont. p. [28] præter Orat. seq.

**Oratio.** Deus, qui beatum Ludovicum Confessorem tuum, per corporis mortificationem, et

fidei præconium, Sanctorum gloriæ coarquasti; præsta; ut quod fide profitemur, pietatis operibus iugiter compleasem. Per Dñm nostrum Jesum Christum.

DIE XII. OCTOBIS.

COMMEMORATIO

**B. Mariæ V. de Columna.**

MISSA. *Salve, sancta parens*, ut in votiva a Pentecoste ad Advent. p. [57] Et dicitur *Credo*.

**PRÆFATIO.** *Et te in Festivitate*, p. 250.

In regno **Arragonie** dicitur sequens

**Oratio.** Omnipotens sempiternè Deus, qui per gloriosissimam Filii

tui Matrem cœlestè præsidium nobis mirabiliter præparasti; concede propitius; ut quam peculiari titulo de Columna pia devotio venerâmur, ejus perpetuo protegamur auxilio. Per eandem Dñm nostrum.

DIE XV. OCTOBIS.

**S. Teresiae** VIRG.

**Intritus.** 3. *Reg.* 4.

**E**dít ei Dñmus sapiéntiam, et prudéntiam multam nimis, et latitudinem cordis, quasi arénam, quæ est in litore maris. *Ps.* 94. Cantáte Dñmo canticum novum: quia mirabilia fecit. *V.* Glória Patri.

**Oratio.** Exáudi nos, Deus salutáris noster: ut sicut de beatæ Teresiae Virginis tuæ festivitáte gaudémus; ita cœ-

lestis ejus doctrinæ pábulis nutriámur, et pie devotiónis erudiámur affectu. Per Dñm nostrum.

**EPISTOLA.** *Optávi, et datus est mihi sensus*, ut in Festo S. Thomæ de Aquino, die VII. Martii, p. 405.

**Graduale.** *Eccli.* 15. Danti mihi sapiéntiam dabo glóriam: zeláta sum bonum, et non confundar. *V.* Colluctáta est ánima mea in illa, et in faciéndò eam confirmáta sum.

Allelúia, allelúia. *V. Ps.* 118. Declaráto sermónum tuorum, Dñmine, illuminat: et intellectum dat párvulis. Allelúia.

Post Septuages. omissis *Allelúia*, et Versu sequenti, dicitur

**Creatus.** *Isaia.* 54. Ut mulierem derelictam et merentem spiritu vocávit me Dñminus. *V.* Dixit: Abscondi faciém meam partimper a te, et in misericórdia sempiterna miserus sum tui. *V.* Paupercula tempestáte convulsa, absque ulla consolatióne: in justitia fundaberis; et non timébis.

**Tempore Pasch.** Allelúia, allelúia. *V. Apoc.* 19. Gaudeámus, et deus glóriam ei: quia venérunt nuptiæ Agni, et uxor ejus præparávit se. Allelúia. *V. Isai.* 35. Exultávit lætábunda et laudans: glória Libani data est ei: decor Carméli et Saron. Allelúia.

**EVANGELIUM.** *Confiteor tibi Pater*, ut in Comuni plurim. Martyrum, p. [20] Et dicitur *Credo*.

**Offertorium.** *Jer.* 20. Factus est in corde meo quasi ignis exstans, claususque in ossibus meis, et defeci, ferre non sústinens.

**Secreta.** Majestáti tuæ, quæsumus Dñmine, beatæ Teresiae præcibus nostra sit accepta devotio: cui medullatum cordis ejus ita placuit holocautum. Per Dñm nostrum.

**Præfatio.** Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dñmine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: per Christum Dñm nostrum. Qui beatam Teresiam Sanctorum scéntia ac divinæ caritátis ardore muneráre: et Angeli visióne, ignito jáculo præcórdia ejus transverberántis vehementius inflammáre:

cámque sibi spiritali connubio sociátam, data dextera, significáre dignátus est. Quo caritátis incendio dum beatæ Teresiae vita consumitur, spiritus ejus colúmbe specie égredi visus, sublimem cœlestis glóriæ gradum conscéndit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatióibus, cumque omni militia cœlestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes. **Communio.** *Ps.* 88. Misericórdias Dñmi in ætérnum cantábo, allelúia.